BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 198v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ihesus in domum principis.
& uidisset tibicines et turbam
tumultuantem dicebat. Re
cedite. Non est enim mortua sed
dormit. Et deridebant eum. &
cum eiecta esset turba intrauit
et tenuit manum eius & dixit
puella surge. Et surrexit pu
ella. Et exiit fama hec in uni
uersam hec in uniuersam terram
illam. Et transeunte inde ihe
su secuti sunt eum duo ceci cla
mantes et dicentes. Miserere
nostri ~~dauid~~ fili dauid. Cum
autem uenisset domum acces
serunt ad eum ceci. Et dicit
eis ihesus. Creditis quia pos
sum uobis facere hoc. dicunt
ei. Utique domine. Tunc teti
git oculos eorum dicens. Se
cundum fidem uestram fiat
uobis. Et aperti sunt oculi eo
rum. Et comminatus est ihesus
illis dicens. Videte ne quis sci
at. Illi autem exeuntes diffam
auerunt eum in tota terra
illa. Egressis autem illis. ecce
obtulerunt ei hominem.
mutum demonium habentem
et eiecto demone locutus est
mutus. Et admirate sunt
turbe dicentes. Nunquam sic
apparuit in israel. pharisei autem
dicebant. In principe demo
niorum eicit demonia. Et
circuibat ihesus ciuitates
omnes et castella docens in
synagogis eorum. et predi
cans ewangelium regni & cu
rans omnem languorem. et
omnem infirmitatem. Uidens
autem turbas misertus est eis
quia erant uexati iacentes si
cut oues non habentes pastorem
Tunc dicit discipulis suis. Mes
sis quidem multa operarii pauci
Rogate ergo dominum messis ut
mittat operarios in messem suam

Et conuocatis X
duodecim discipulis suis
dedit illis potestatem spiri
tuum inmundorum. ut eice
rent et curarent omnem lan
guorem & omnem infirmita
tem. Duodecim autem apostolorum
nomina sunt hec. Primus symon
qui dicitur petrus. & andreas
frater eius. Philippus. & bar
tolomeus. Iacobus zebedei
& iohannes frater eius. Thom
as & matheus publicanus.
Iacobus alphei. & thadeus. Sy
mon chananeus. & iudas scario
thes. qui & tradidit eum. Hos
duodecim misit ihesus preci
piens eis dicens. In uiam gen
tium ne abieritis. & in ciuita
tes samaritanorum ne intra
ueritis. Sed potius ite ad o
ues que perierunt domus
israel. Euntes autem predicate
dicentes. quia appropinquabit
regnum celorum. Infirmos
curate. mortuos suscitate. le
prosos mundate. demones ei
cite. Gratis accepistis. gratis